

## XVIII.

## PRÆCEPTA

**LVDOVICI PRIMI ET HENRICI SANCTI  
IMPP. SVPER TERMINATIONE ET CIRCVM-  
SCRIPTIÖN FINIVM ECCLESIAE HIL-  
DENSEMENSIS.**

**H**ec sunt termini Episcopatus Hildensemensis Ecclesie: *Ab oriente flumen, quod dicitur Ovekera, de illo loco, ubi Scuntera incidit, usque ad fontem Rotanbiki, & sic usque in silvam, quæ dicitur Aridadon; Inde vero usque in Furbiki; de Fur-bike videlicet usque ad Widukindusflockian; inde quoque usque in Brisian; & sic super Inderistam, usque Lullanbrunnan. De Lullanbrunan usque Crupiliggarothe, in australi parte Raminadam. Sic vero Wigberhtesdene usque ad Wigberhtesbuncian, & sic per eandem Bunciam, usque ad fontem Eterne, & sic per Eternam usque ad occidentalem plagam Her-ringabuſin, & usque ad austrialem partem, quæ dicitur Bekanbusiadone. Inde vero ad occidentalem partem, usque ad fontem, qui dividit HRETTINGAU & FLENITHI & sic in Flumen Audan; & sic per Audan, usque Thiedulfessum in Hrisberg, ubi GREM & FLENITHI dividuntur, usque ad Kaminadanberg, in Eternam flumen, & inde Lainam flumen; & sic per Lagimani usque in illum rivum, qui interalluit Edingabuſum & Ertisteshuſum & per Rubram Le-cke, in montem Salteri. De Salteri vero usque Eringabrug, inde Hilisegrone, & sic in Bokle. Inde vero in Merkbiki, & sic per illud castellum, quod dicitur Wikinafeldiſen. Et sic in Radbiki in Vorſtan usque per Bunikanroth, & sic ad Holanberg. Sic vero supermontem Fugleri usque Unabek; inde in Huniam usque (\*) Burgripi. Inde in summitetum montis, qui dicitur Igatb. Et sic per eandem summitetum, usq; ad Cobbanbrug. A loco Cobbanbrug dicto in illo torrente usque in Orientem Kakesburg. Inde in Crumbiki usq; Bludan. Inde Sidenum, sicut torrens defluit, via una dividit usque Helereisprig. Inde Helere fluvius nomine Legine. Ille vero fluvius Leine in locum, qui dicitur Tigislebe. Inde in locum Puttanpathu. Inde Budansathim. Inde Kanamburg, inde Hrokke; Inde Mesanſtene. Inde Einbergoffole; deinde ad Haingaburstalle; inde ad Eitwardingaburstalle. Inde ad Sanforti in Geveringa viam, per Eitwardinga paludem usque Lameria Hornan, inde in Runbeshornan, inde ad Hedenes fontem, inde ad Willansole, inde in Wiggena paludem; inde in Lakeveld, inde in lacum unum ad occidentalem partem occidentalis Kiellu, de illo lacu, in Tadiſt leke, inde Molere, inde in Hajanblik, inde in Manurbiki, deinde Wilvereste, inde Hradebo-danle, in Stustanle, in Dolle, per Gwikesatbas. Mekkrikes viam, & illam viam Mespila in Gre-banhag, in Exuuite Fontem, inde Adekinastege. Inde Elmanam usque in Arumbiki; inde in Ru-meschap, inde in Ifundobrock, & illa Ifunda in Esere; Inde in Helde, inde in Druthterbiki, usque in Dudaroth, inde per viam unam ad orientalem partem in locum, qui dicitur Wegbani in Dafenek, inde in Gefrine Spekkiam, inde in Exuuite fontem, inde Meunresol. Deinde in Wetan Spekkiam, in flumen, quod dicitur Scuntera.*

\*\*\*

*Diploma Henrici II. Imp. de libertate ac defensione Ecclesie  
Hildesheimensis.*

**I**n nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. *Henricus divina favente clementia Rex, omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum industria noverit, qualiter fidelis noster Bernwardus Hildensemensis Ecclesie venerabilis Præful, celsitudinem nostram adiit, miserabilem conquestus querimoniam, eò quod peccatis id merentibus in loco superiorius memorato ab antecessoribus suis collecta, suo quoque ingenio maximè & decenter elaborata cunctorum ibidem voluminum scripta vorax ignis absorbit, in cinerem namque cuncta redigit, unde præfatus ille pontifex regalem nostram exoravit clementiam, ut monasterium prædictum super ripam fluvii Indistra constructum, sub tuicionem nostram & mundiburdum recipieremus, ipsamque Parochiam Arnulfi Regis & Hlothowici, ceterorumque antecessorum nostrorum confirmatione seu defensione in Pago five Provincia ASTFALO hiis liminibus vel terminis assignatam, de loco, qui dicitur Wetanspeckye in Scuntere, inde Ovekare, sic Rotanbiki, Widukindes-Speckiam ultra Indistram, Lulanbrunnati ultra Kaminadam, Wicbardesdene, Wicbertesbunsiam, in-*

U 2

Ater-

(\*) Videatur Conradi Imp. diploma in Chronico Mindensi à Pistorio publicato, pag. 735, ubi ejusdem loci mentio fit.

Aterne, inde in fontem qui dividit *HICCI GAU*, (\*) & *FLENITHI* in *Audatu*, in *Deumsberg*, (\*\*) ubi *GRAEM A FLENITHI* dividuatur, sic per *Kaminathanberg*, in *Aterne*, inde *Lieinne* in rivum, qui currit inter *Achtingabuſim* & *Ardisteshuſim*, (\*\*\*) in *Salteri*, sic per *Banikanroth*, per montem *Ungleri*, (\*) inde *Burgripi*, & per summatatem *Gigat ad Cobbanberg*, inde *Eggerumbiki*, *Fidemni*, ut fons defluit, & via quædam dividit, usque *Eleragisprig*, ille fluvius in *Lægine*, & ille usque in lacum *Tigiflæge*, in *Kananburg*, *Mesenstene* inde usque *Geveringaweg*, *Wiltansfole*, in *Wikinabroc*, (\*\*) & in lacum, in occidente *Wester-Kælu*, (\*\*\*) *Meltre*, inde per *Gellukies-satas*, *Meggrikesweg*, inde *Egsutbebrunnar*, sic *Elmenan*, *Arbiki* & *Perisannebroc*, *Malere* & *Helde* & *Druchtberbiki*, & per viam orientalem in *Weebani*, in *Dafsanbec*, in *Ewresol*, & sic *Wetan Spackian*. Quam petitionem, quia justam esse agnovimus, neutiquam denegavimus, sed magis assensum præbuimus, maxime quia perpetuæ felicitatis nostræ & Regiæ prosperitatis non parvum incrementum fore credimus, si Ecclesiæ DEI, & ecclesiasticas personas promovere, tueri & consolari non desistimus. Tum quod nos, nostrosque parentes in gremio ejusdem Ecclesiæ oriundos, & hucusque, Filio DEI operante, sublimatos esse fatemur, unde non solum Episcopum prædictum, & Ecclesiam sibi commissam, sub nostram defensionem & immunitatem & tuitionem recipimus, verum etiam ab antecessoribus nostris, ceterisque fidelibus omnia eidem Ecclesiæ tradita, quovis locorum agnita, sive detenta fuerint, in prædiis, in mancipiis, filiis aut venationibus, aquis aquarumve decursibus, Abbatii sive Comitatibus, vineis, seu quibuslibet appendiciis, rite ad hanc pertinentibus, quæcunque & acquirendis omnibus ejusdem loci Episcopo subesse, & per omnia obedire volumus & jubemus. Quum verò in expeditionem aut in Palatium, vel in aliud servitium nostrum iter arripuerit, quorumlibet hominum suorum, cajuscunque videantur persone, potestatem habeat, nec in aliam profecitionem quis eos cogere præsumat, nullusque judex publicus, seu judicaria qualiscunque persona, in hoc sibi contradicere, vel se molestare audeat. Prædictæ quippe concordamus Ecclesiæ, ut ejusdem sedis Clerici canonice & ecclesiastice eligendi Episcopum digni & convenienter inter se, sive aliunde, a quo consensu Regis, liberam habeant ac propriam voluntatem. Sed & si qua eo loci ab Antecessoribus nostris fidelibus sunt attributa, sive à modò fuerint conquirenda, pro animæ nostræ remedio, Regni quoque totius nobis divinitus collatitabilitate, & pro conjugis prolisque regalis incolumente, omni difficultate seposita, quo pace perpetua constent, nec quilibet in futurum irritare prævaleat, pactionem, ecce præscriptam sigilli nostri impressione signavimus, manusque propriæ subscriptione confirmamus. Datum Indict. XI Anno Dominicæ incarnat. M. XIII. Anno vero Domini Henrici secundi regnantis XI. Actum Werla feliciter Amen. (¶)

## XIX.

(\*) Rectius *Hrittigau*, *Hrettigau*.(\*\*) al. *inde Hrisberg*.(\*\*\*) al. *Erdisteshuſim*, hodie *Erzin*.(\*) *Voglar* in dipl. *Mind*.(\*\*) *Aritzenbrock*.(\*\*\*) *VVesterzell*.

(\*) Præceptum Ludovici Pi de limitibus Ecclesiæ Hildensemensis meretur addi Capitularibus à celebrimo Viro Stephano Baluzio editis.


De Pagis Ritgau, Flenithi &amp; Graem alibi pluribus. Sunt autem pagi minores, &amp; pago Graem vel Grem, sive Greengau respondet Advocacia, quæ hodie dicitur Greene. At Ostvala sive Ostphalia erat pagus major sive provincia. Usus insignis posset esse diplomatum ad Geographiam veterem cum nova colligandam.

Memorabile est, Henricum Sanctum jus eligendi Episcopum, sed non nisi salva confirmatione sua, Canonis Ecclesiæ Hildensemensis induluisse.

Magis adhuc memorabile est, Henricum Sanctum in hoc ipso diplomate non conjugis tantum sed &amp; prolis sue facere mentionem: pro conjugis prolisque regalis incolumente. Unde videtur explodenda illa receptissima licet narratio de virginitate à conjugibus istis servata. Et dicendum putem vel prolem habuisse, quam ruris amiserit, vel fâtem sperasse, quorum utrumque cum virginitatis confilio pugnat.

In diplomate quod Ecclesiæ Mindensi concessit Conradus II. anno 1033. quædam sunt, qua limites Hildensemensis &amp; Mindensis diœcetum illustrant, his verbis: hoc ipsum forestum incipit, ubi Linderinus flumen

„mensis & Mindensis diœcetum illustrant, his verbis: hoc ipsum forestum incipit, ubi Linderinus flumen  
 „VVesera influit, & sursum contra ejusdem rivi decursum usque villam Linu dictam ad illum locum ubi  
 „Luzil-urſone rivus influit rivum Lume, & sursum contra illius rivi decursum usque ad villam Halle di-  
 „ctam, ad illum locum ubi publica strata iter super ipsum præbet rivum, & in ipsa publica strata usque  
 „ad locum Puregriffe dictum, ubi terminus est Parochiarum Mindensiæ Ecclesiæ & Hildensemensis, & in-  
 „de per directum usque ad VVabechie fluvium, qui prædicta discernit Episcopia & sursum contra illius rivi  
 „decursum usque ad cacumen montis vogilare dicti, & per totum ejusdem montis occidentale cacumen  
 „contra villam Rene dictam, & inde in fluvium VVyfera, & per ejus defensum medium usque ad illum  
 „locum ubi pronominatus Linne rivus id ipsum influit flumen.



20